

H. Germ. C

22

Hist. Germ. C.

22

R. XV. 2. no. 32.



3723

8177



In Illustri Adspectu Faciei
REGIS

VITAE. Prov. 16. v. 15.

PARODIA
Omnium

Joh. 3. 31.

1. Cor. 15. 26.

27.

Joh. 1. 4. 5. 7. 8.

2. Cor. 4. 4. 6.

Esa. 9. 6.

Colof. 1. 18.

Math. 1. 21.

Pfal. 2. 7.

Luc. 1. 35. 36.

Hebr. 2. 10.

Joh. 15. 16. 19.

Ebr. 8. 6.

SERENISSIMI, EXCELSISSIMI,
POTENTISSIMI, vereq; INVINCIBILISSIMI

PRINCIPIS ac DOMINI, DNI.

IESU CHRISTI, FILII DEI Altissimi
& Davidis. R. J.

Archi-Ducis Populi Sancti, Domini Hereditarij Gentium; & Possessoris Finium Terræ, COE-
LESTIS IMPERII Archi-Cancellarij, & ELECTORIS Fidelium S. Archi-Episcopi Animarum,
REGIS super Zijon, Autoris Novi Testamenti, & VITÆ æ Gratiouissimi

AD

Scripturam & Orationem

Illustriſs. Potentis in verbis & Factis
VIRI DEI
MOSCHIS

Ducis Populi DEI q̄md: LEGI ſubjecti Graviffimi,
et Alior.

VET. TEST. AVTORVM ac PROPHE TAR. Antiquiff:
Doctiff: Sapientiff:
in Verbis S. COENÆ ipſius
concinnè & utiliter

FACTA & Edita

Parallelogias monſtratâ Ratione & pro vero verbor. & Orationis
intellectu explicatione breviter & orthodoxè additâ.

Pfal. 8. 7. 8.

Math. 26. 55

28. 18.

Pfal. 110.

Marc. 12. 36.

1. Cor. 15. 24.

& ſeq.

Actor. 2. 36.

1. Cor. 6. 14.

8. 6.

Luc. 2. 11.

Math. 1. 1.

Pfal. 2. 7. 8.

Esa. 9. 11 Ioh.

1. 18. c. 15. 15.

1. Pet. 2. 25. c.

5. 4.

Ebr. 8. 1.

Pfal. 2. 6.

Joh. 1. 16.

Actor. 3. 15.

Act. 7. 22.



Q U A

SERENISSIMUM, CELSISSIMUM & POTENTISS.
PRINCIPEM AC DOMINUM,

DN. FRIDERICVM

Comitem Palatinum Rhoeni, S. Rom. Imper.

Archi-Dapiferum, & PRINCIPEM ELECTOREM,
Ducem Superior. ac inferior. BAVARIÆ, Comitem
VELDENTIÆ & Spanheimiæ &c.

R E G E M

BOHEMIÆ

Sup. an: Electum & Co-
ronatum,

DUCEM SILESIAE

Supremum &c.

Iam pro HOMAGIIS PRINCIPP. & STATUUM Sumendis
SILESIAE, Ejusq; METROPOLIN Florentissam
Fausto DIVITIS PACIS Nomine & Omine,
ad Vota PATRIÆ universæ cordatiora,

ipsius Summi

R E G I S

J E S U

Nutu, Auspicio, Ductu

INGREDIENTEM

pro Votiva GRATVLATIONIS occursum

Summissè, humilimè, devotè

ac piè

excip.

Jacobus Güntherus Zölchovius
cliens & Subditus tertiâ jam vice per fat.
Diu. Flammis incendiorum Opidanor.
fermè Climactericis miserè exhaustus
& consumtus.

ET

GRATIA ipsius [REGIS] sicut Nubes
Pluviæ Serotinæ, Prov. 16. 15.



Ad
SERENISS. POTENTISS. PR. ET DNM.
DN. FRIDERICVM I.
BOHEMIÆ
REGEM
Alloquium supplex.

Eam olim apud priscos, SERENISSIME REX, DN. CLEMENTIS-
SIME, indignum erat Facinus REGEM absq; Munere conve-
nire. At exinde ARTAXERXIS MNAMONIS REGIS Persarum cum
Μεγαλοπρέπεια sive Magnificentia, tum Φιλανθρωπία & Clementissima Humanitas, ex
qua vel minimas etiã res sibi oblata fecit quam max. vi, laudatissimã semper admirati-
one celebrata fuit. Quum n. Persa quidam, Sin etas nomine, ut ex historia cognitum est, lon-
gius à domo sua absens ARTAXERXI obvius fieret, nec jam ei ullius esset rei facultas, quam
REGI dono offerendam censeret, agerrimè tulit à reliquis Persis isthoc officiorum genere se
vinci, & ne committeret, ut tam scdã solus notã infamiam contraheret, celerem dedit operã.
Etenim in ipsa hac animi perturbatione & anxietudine subito ad Cyrum Fluvium præ-
terfluum se recipiens AQUAM inde exhausit, hisq; REGEM compellavit. Ô REX, inquit,
ARTAXERXA, perenne Tibi sit Regnum. nunc TE pro Facultatibus suis, lociq; hujus mo-
nitu Honorariò hoc excipio, ne expertem Muneris mei, quale quidem fortuna mea ferre po-
test, præterire sinam. AQUIS Cyri TE honorificè dono, pluribus TE è domuncula mea,
quum ad Tentoria Regia pertigeris, muneraturus. Qua è re atq; facto plurimam REX
Voluptatem capit: EGO v. inquit, gratissimum habeo munus tuum, mihiq; in preciosissi-
mis thesauris numerabitur & recondetur, nec absq; ratione istud: Est n. Aqua Res rer. opti-
ma, tum hæc ipsa Cyri quidem nomine nobilis, gratiaq; fac ergò ad castra divertenti mihi
denuo compareas. Dein Rex Eunuchis mandata dedit, qui Munus ab ipso acceptarent, idq;
aureã phialã ex eius manibus reciperent. Quibus peractis Rex in diversoria castra perve-
niens curavit homini Persico reddi Stulam Persicam, tum Phialam quoq; Auream, & M. Da-
ricos, præcipiens Legato Donativum istud & Antidoron adportanti, ut diceret, complacuit
Regi, ut hocce Aurò TE oblectes, vultq; ut hac phialã Aquam ex Fluvio illo haustam posthac
bibas. Hæc Magnifica Beneficentia, hæc bonitas & clementia istius REGIS fuit, Qui alibi
simili bonitate, quã Pauper quidam malum ingentis magnitudinis ei obtulisset, jucundè susce-
pisse fertur, per Solem, dicens, Hic is mihi videtur, quem urbem quoq; ex parva magnam
reddere posse existimem. ita vilia nunquam abjecit sapientissimus REX
Adhuc antiquum obtinet mos & consuetudo REGIBVS offerendi munera aut apopho-
reta

reta quaedam Majestate Ea non indigna. At diversi diversa ferunt, atq; alij alia, hi majora sanè, illi minora & viliora. universi utiq; & singuli in REGUM illa clementia & gratia, isti ordini, tantaq; eminentia competente suaviter confidentes. Atq; sanè, FRIDERICE, REX Serenissime, TIBI venienti isto exili admod. apophoretò meò occurro; & quum Regiò Tuò Vultu, amplexuq; dignius quid penes me non sit, Aquam arripio. & R. MAI. Tæ eandem offero chartaceò vasculò, Aquam non è Cyri Fluvio haustam, sed cui Tuum ipse dedisti Nomen in S. Baptismate, quâ ablutus es, quâ in sanctam vitam renovatus; Aquam Vivam, Quam dat CHRISTVS, ex qua qui biberit non sitiet in æternum, quum in eo fiat fons Aqua salientis in v. a; Aquam fluentem cum Sanguine è Fonte vivo, è Latere IESV in Cruce morientis, ad quod Baptismus & Sacra Cæna (in qua ista Sac. orationis juxta vet. Test. morem ipse edidit verba) nos deducunt, ut inde tanquam ex fonte, quod Figurant, fide hauriamus, potum nempe qui verè est potus in vitam a. Ioh. 6. 53. 54. 55. 56. uti tam congruè et præclare quam piè monet Joh. Calvinus sup. Iohan. Evang. Non pomum ego offero aut magnitudinis aspectu admirabile, aut sapore palato delectabile, sed PANEM qui divini sacramenti ratione est CORPV S& CARO J. C. imò CHRISTVS ipse, PANIS è Calo descendens, vitam dans Mundo Joh. 6. v. 30. Panis Vitæ, ad quem qui venit, non esuriet; in quem qui credit non sitiet unquam v. 35. 48. ex quo edens aliquis non moritur, sed vivit in æternum; qui dat nobis PANEM CARNEM suam, Quam dedit pro Mundi VITA. v. 51. adeò ut nisi ederimus CARNEM Filij hominis, & biberimus eius SANGVINEM non habeamus VITAM in nobis. v. 53. quippe quòd CARO Eius VERÈ est CIBVS, et SANGVIS Eius verè est POTVS etc.

Hæc sunt Munuscula mea, hæc Apophoreta, ολιγάμεν, parva & exilia, sacra v. puto & diva TE REGE & Principe orthodoxò, piò & beatò, quod scio, haud indigna. Quæso humilime, idq; per amorem IESV nostri Regis cælestis ea ita accipiat. REG. MAI. v. ut plusquam Sinetas olim REGIS ARTAXERXIS, T. MAIESTATIS jam Benignitatem & Clementiam insignem, omnibusq; ferè Populis Europæ laudatissimam, omni Auro longè præstantiorem ego quoq; experiar, Güntherumq; miserum & incendiorum flammis toties destructum erigere, sustentare, tutari & juvare dignetur. VALE, VIVE REX Fortis, REX PIE, qui Pi-entissimorum Dnn. Parentum & Majorum Tot: exemplis permotus, divinâq; gratiâ ductus in his quoq; Terris Regnum CHRISTI rectissime Constitutum cupis; cuius Thesaurus DEI Timor, quod olim de Sancto Rege Ezechia Esaias predicabat. REGNUM & Gubernationem T. MAI. semper Felicissimam, & Ecclesie afflietæ sub ea tutissimum præsidium esse devotissime precamur. TE DEVS suò præsidio tueatur, donis Spiritualibus magis exornet, omnivariò benedictionum genere locupletet: TE REGE nostris Regionibus, Totiq; passim Ecclesie vera PACEM restituat, Salutem perficiat: Br. Cal. Febr. M DC XX.

S. R. MAI. T.

Subjectis.

Jac. Günth, Zölchov. S.

PALE.

PALAEOCHRESIA

Sacra
Verborum

D. N. J. C.

in S. COENA S.

HOC est CORPUS MEUM-HIC est SANGVIS MEVS.

IN
SCRIPTURIS
VET. TEST.

MONSTRATA;

per q̄

Ear. Collationem

ECPHRASI orthodoxâ

DIANOEAN sivè SENSUM et usum verum IPSORUM
COMMONSTRANS

Quis sit Intellectus et Scopus Orationis

JESU CHRISTI,

pro Institutione Sacramentali;

ac Verus in-primis Sensus VERBORUM
inibi,

HOC est CORPUS MEUM-HIC est SANGVIS Meus.

sec. 3. istas certissimas & indubitatas

HYPOTHESES

procul dubio

Constitui potest, debetq̄.

I.  criptura per Scripturam interpretanda est. quâ
ea luculentissimè & manifestissimè Res Divi-
nas exponit. Est. n. vox DEI, qua nulla potest
esse clarior ac manifestior. Et scripturæ Sensus
est ipsa scriptura.

2. Timoth. 3 v. 15. 16
po: reddere Sapien-
tē ad Salutem. scil.
quum sit θεόπνευ-
τος divinò modò
utilis ad doctrinā
& redargution.

Iren. 1. 4. c. 63.
Origen. in Matth.
13. August. to. 3. l.
3. de doct. Chr. c.
26. & to. 7. lib. de
unit. Eccl. c. 5. et 16

II. Comparatio unius loci cum alijs Parallelis & similibus,
obscurioris cum claris & apertis de eadem re vel re ipsâ vel
analogiâ consentiente agentibus, verum dubij loci intelle-
ctum sivè sensum offert.

B

III. Se-

Baf. Mag. in reg.
contract. qv. 267.
in-pimis utilis est
collatio veteris &
Novi Test. &c.

III. Secundum Lingvarum, quibus Scriptura à Prophetis,
Christo & Apostolis exarata est, Idiotismum seu proprietatem
& consuetudinem Interpretatio facienda est. 1. Cor.
14. v. 5. 11.

Et per consequens in specie in oratione & verbis

*CHRISTI hoc maxime observandum, quum ea
sint facta*

Imm. Trem. præf.
Chald: & Syr
Ph. Mel. præf. Gr.
Av.

Act. 21. v. 40. 22.
v. 2.

Th. Bleb. Ep. Ded.
Gr. f. Con. Nean.
Ded. Tab. Ded.

Matth. 13. v. 33. Fer-
mento, quod na-
cta Mulier occul-
tavit in Farinæ fa-
tis tribus. scil.

παρώδ. ad verba
Gen. 18. v. 6. Tres
Mensuras Furinæ
similæ (Furinæ
subtiliter paratæ)
conspergendo su-
bige.

I. ad Iudæos: Idiomate licet Syriaco-Hhebræo ferè (nem-
pè quod hoc ipsis tunc esset vernaculum & populare) ut
magna ex parte CHRISTI phrasin Hhebræa sit, sicut & Apo-
stoli ἰβραϊδὶ διαλεκτῶ locuti sunt.

II. Imitando phrasin Hhebræam, graviq; consiliò & ma-
gnò studiò sermonem veteris Testamenti & Prophetarum
sequendo & reddendo. Id, quod docent passim exempla,
veluti Matth. 7. v. 23. Discedite à me omnes operantes ini-
quitatem: scil. ipsa verba Psal. 6. v. 9. & c. 10. v. 36. inimi-
ci hominis domestici eius; juxtà Prophet. Mich. 7. v. 6.
Inimici viri (unius cuiusq;) homines domus suæ. Luc:
22. v. 15. Desideriò desideravi, ut Gen. 2. v. 17. Morte mo-
rieris, aut Gen. 22. v. 17. Benedicens benedicam & multi-
plicans multiplicabo repetitis vocibus eiusdem essentia et
naturæ certitudinem & celeritatē optationis inculcando.
Sic Matth. 21. v. 33. & seqq. Vineam adducit ex Iesai. c. 5.
v. 2. & cap. 27. v. 46. loquitur verba Psalmi 22: v. 2. ἡλὶ ἡλὶ,
λαμὰ σαβαχθανί. in Hhebr. אֱלֹהִים אֱלֹהִים לֵאמֹר

Proindè

I. SCRIPTURA per quam SCRIPTURA orationis Christi in
institutione Sacramentali (ut vocant) N. T. interpretatio-
nem habere seu explicari pro vero intellectu rectè potest
& debet.

II. Loca parallela & similia, clara & aperta, per quæ lo-
ci N. T. verborum institutionis Christi Sacramentalis, utp.
controversi, verus modus et sensus sese offert.

SCRIPTURA & LOCA V. T. verè ESSE possunt ac debent.

III. Cum quidem ad ea ipsa CHRISTUM verbis Testamen-
ti vel

ti vel cœnæ suæ antè mortem proximæ secund. scripturâ-
rum illarum ac Lingvæ Hhebrææ idiotismum, proprieta-
tem atq; consuetudinem *παρωδιαν* verè reddidisse ex alter-
na ipsor. collectione pateat utrobiq; *ἀναλογία* in rerum sup-
positarum præpositionumq; compositar. æquali, simili i-
tè scopi ac finis respectu, inter alia sunt sanè I S T A.

GEN. c. 17. v. 2.

Et dabo Fœdus Meum inter Me & inter Te. v. 4. Fœdus
Meum Tecum (erit) v. 7. Et erigam^a Fœdus meum in-
ter Me & inter Te, & inter semen tuum pòst Te.^b in gene-
rationes ipsorum, in Fœdus seculi perennis (perpetuum)
^c ut sim tibi in ELOHIM: & semini tui pòst Te.

Ἰησοῦς παραλληλ. ἀπ. Ἐυαγγελιστῶν ἔ. Ἀπ. Παυλ.

Matth. 26. v. 26. 28. Nactus Ies: Panem, & benè precatus
Fregit & dedit discipulis & dixit, Accipite, comedite, hoc
est corpus meum. Et nactus poculum, gratijs à se actis, de-
dit eis dicens, Bibite ex eo omnes, Hoc est sanguis meus il-
le Novi Testamenti, ille pro multis effusus.

Paul. 1. Cor. 11. v. 24. sumsit Panem, & gratijs actis fregit,
& dixit, Hoc meum est corpus illud, quod pro vobis fran-
gitur^d Luc. 22. v. 15. desiderio desideravi. Hoc pascha cōede-
re vobiscum priusquam moriar. v. 16. Dico vobis, quod
nequaquam amplius edam de eo, donec aliquèdò implea-
tur in Regno DEI. v. 17. & acceptò, poculo gratijsq; à se ac-
ti dixit, Accipite hoc, & dispartimini vobis ipsis. v. 18. Dico
vobis, quod nequaquam bibam de fructu vitis, donec ali-
quandò Regnum DEI veniat. v. 19. Hoc est corpus meum,
illud quod pro vobis datur. v. 20. Itidem poculum, pòst
cœnationem dicens, Hoc (est) poculum, novum illud Te-
stamentum^g (Paul. 1. Cor. 11. Hoc illud poculum illud no-
vum Testamentum est) in Sanguine meo, illo, quod pro vo-
bis effunditur. v. 29. Et ego dispono vobis, sicut disposuir
mihi Pater meus Regnum: ut edatis, & bibatis super men-
sa mea, in Regno meo: & sedebitis super thronis iudican-
tes duodecim tribus Israël. Matth. 26. v. 28. in remissi-
onem peccatorum, v. 29. quando ipsum (fructum vitis) bi-
bam

a. Gonstanter con-
firmando servan-
doq;

b. posteritatù tuar.

c. hoc est, ut sim
tibi DEUS verus,
præsens & fortis
ille.

d. vel frangendum
est. Mos. n. frequè
Sacra scripturæ,
nec rarum Evan-
gelisti suti præsen-
tib. pro participio
mox futuri tempo-
ris cum verbo sub-
stantivo præsen-
ti.
e. hoc est, ex animo
& summo cum de-
sideriò ac vehemè-
ter desideravi.

f. Dispositione
quadam decrevit,
constituit, delegit.
g. Analogia mani-
festa. quippè fœdus
& Testamentum,
convertetur inter
se ac idè in V. T. ut
Exod. 34. & fœdus
cum] Deo. quid. vid
i bid. & 2. chron. 15.

g. in Tempora vi-
ta ipsorum, quibus
erunt & peregrina-
buntur in hoc
Mundo.

h. Circumcisio ap-
vos omnis Mascu-
li Am. Polan. Synt.
Theol. l. i. c. 45. m.
pag. 643. Figurata
oratione utitur: Est
n. Synecdoche in
pronomine Hoc,
quod in oratione
restringendum est
ad circumcisiōē;
& predicatum de
subjecto dicitur
Metonymicè. Sen-
sus a. est verus cir-
cumcisiōem ex-
ternam populi es-
se Sacramentam
seu Symbolum fœ-
deris inter DEUM
& Fideles Vet. Te-
stamenti.
I. h. e. ut sit Fœdus
perpetuum.

bam vobiscum novum in Regno Patris mei. ibid & Marc.
14. Et Luc. 22. pro vobis datum, 1. Cor. 11. Fractum, pro
vobis effusus. v. 9. Et tu Fœdus meum servando cautè cu-
stodias, tu & semen tuum post Te in generationes ipsorū g.

Ἰησοῦ παραλληλ,

v. 26. Accipite, comedite v. 28. Bibite ex eo omnes.
Marc. 14. Et biberunt ex eo omnes. Luc. 22. v. 19. Hoc fa-
cite in mei Re-memorationem. v. 28. Vos estis ii, qui per-
mansistis mecum in tentationibus meis.

v. 10. Hoc (est) FœDUS MEUM, Quod cautè servando custodiatis in-
ter Me & inter Vos, & inter semen tuum post Te, Circumcidi vobis om-
nem Masculum.

Hoc (Circumcidi omn. Masc.) est Fœdus meum. h.

Et hactenus institutio Symboli seu Sacramenti. V. T.

Ἰησοῦ παραλλ.

v. 27. Hoc est Corpus Meum. Accipite, comedite.

v. 28. Hoc est Sanguis Meum, & bibite ex eo omnes.

Hoc à Jesu Acceptum, benedictum, Fractum, datum Discipulis.

Hoc (poculo Acceptum, Benedictum, Datum bibi ex poculo

Marc. 14. v. 23. bibitione indè haustum.

Et hactenus institutio Sacramenti N. T.

v. 11. Et circumcidatis (quidem) carnem preputii vestri, &
erit, in signum Fœderis inter Me & inter Vos.

v. 13. Et erit fœdus meum in carne vestra in Fœdus seculi
perennis (perpetui) seu pro Fœdere perpetuo!

Quæstio est, Quò sensu illud circumcidi sit vel di-
catur Fœdus Iehovæh?

Respondet heic ipse Iehovah consequentis textus ora-
tione, quod eo sc. sensu sit vel dicatur Fœdus, quo vel qua-
tenus est Signum Fœderis, adeoq; reipsâ aut verè non ip-
sum Fœdus.

CHRISTUS παραλληλ. Luc. 22. 1. Cor. 11.

L. 22. v. 19. P. 1. cor. 11. v. 24. 25. Hoc est corpus meum,
illud, quod pro vobis datur (Paulus) frangitur. Hoc
τῶν ἁρτων (Panem) Facite εἰς ἐμὴν ἀνάμνησιν, in mei Re-me-
morationem. Et (de poculo etiam) Paulus. Hoc Facite,
quoties sanè Biberitis, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. addens Expli-
cat.

cat. v. 26. Quoties. n. ederitis Panem hunc, & poculum^k biberitis, mortem ipsius Domini annunciate, donec venerit.

Questio nunc in-primis est: Quo sensu ac intellectu illud à Christo Acceptum, Fractum, Datum; à Discipulis comesum (Panis) sit & dicatur Corpus Christi! Poculum Acceptum & datum, haustumq̄, sit & dicatur sanguis CHRISTI?

k. Metonymia, continens pro contento, potum. n. intelligit, dum ejus continens ponit q. συνεκδοχ.

Respondet Iesus in textu & oratione ipsa, quòd eo sc. sensu sit & dicatur, quo sensu vel quatenus in dato &c. Pane & Calice fit ἀνάμνησις, Re-memoratio corporis & sanguinis Iesu h. e. Iesu, cuius frangitur corpus, cuius effunditur & sanguis, id est, morientis. Sic. n. Paulus explicans unâ voce materiali habet, mortis domini (Iesu) quæ ab ipso Iesu ap. Evangelistas per causam materialem, corporis nempe ipsius dationem & fractionem, ac sanguinis effusionem exprimitur. ut quidem hæc personam notare disertè habetur dictum Iohan. c. 6. v. 51. 57.

At ἀνάμνησις sive Rememoratio est Qualitas quædam interna mentis humane, eaq̄ Relativa ab aliquo ad aliquid, sc. rē memorabilem. Panis v. & Poculum sive id, quod è poculo bibitur, est res aut substantia quædam externa, corporea, visibilis &c.

Patet ergò Panem esse corpus Christi, poculum sive contentum poculi, vinum, esse sanguinem Christi, positiō fundamentò pro termino, ut loqu. Schol. quatenus est res externa, memorativa, à qua, ut ab externo visibili, tenetur & ducitur; sive est ἀνάμνησις ad mortem Christi seu ad Christum, cuius traditur corpus, cuius effunditur Sanguis h. e. violentiam patiendo Morientem. Quam sane rem rectè signum dixeris. Perindè ut ipsum Circumcidi sive

• Circumcisio in carne præputij erat res externa memorativa ap. Hæbræos, à qua erat sive ducebatur Relatio in ea memorandi pacti sive erectionis, ipsius confirmationis ad fœdus inter Iehovahm DEum & ipsos. Et v. Res ea externa circumcisionis erat signum fœderis. Et hinc itidem patet panem non esse corpus ipsum, nec poculum (contentum poculi vinum) ipsum sanguinem. Caterùm Analogia ista παράλληλος & facit, ut quo sensu circumcisio facta non nudè signabat vel significabat, sed exhibebat fœdus; clarè. n. scribitur, Et erit fœdus meum in Carne vestra in fœdus perpetuum, eodem sensu panis datus, fractus, & poculum datum, haustum, non modò significant nudè sed simul exhibeant corpus, sanguinemq̄; Christi. Ac rursus quo sensu fœdus est in carne Israelitarum, ut in subjecto actionis ipsius circumcidi (circumcisionis) nempe Relativè, signativè seu significativè, eodem sensu corpus & sanguis sunt in ore (h. e. Manducatur illud, Bibitur Hoc) ut in subjecto sive Materia in qua & circà quam posita est signatio, &c.

Circumcisio h. rei ἀναλογ.

Vt in Materia in qua & circà quam signum v. ii. & signatum.

Hoc igitur sensu, hac διανόια

Panis est corpus Christi, verum quidem & naturale, humanum, (verè hominis) quod seu quale erat tradendum: non falsum, non fictum, non præternaturale, phantasticum, ubiquitisticum &c quale non erat tradendum pro discipulis Iesu.

I. Am. Pol. Synt. Th. l. i. c. 45. mihi p. 647. sive propriè sive figurate aut tropicè prædicatum de

C

Poculum

subjecto dicatur, verè, dicitur. Nam verum non opponitur figurato seu tropico: sed falso. Itaq; verum & verè dicitur, etiam quod figurate seu per tropum dicitur sive in oratione, quæ inter-

pretanda est sive in ipsa interpretatione. Exempli gr. Panis est Corpus Christi enunciatio vera est, et jansi predicatum figuratè dicatur de subjecto: undè verus panis est verum Christi corpus, & verè est diciturq; corpus Christi, non a. falso; etsi non propriè & naturaliter substantialiterq; sit corpus Christi: similiter in interpretatione veræ enunciationis necesse est intelligi & retineri verum subjectum & verum prædicatum, alioqui interpretatio non erit vera: ut in interpretatione eiusdem enunciationis: Panis est corpus Christi, necesse est intelligi & retineri verum panem: quia Christus non vagum aliquod individuum sed verum panem manibus accepit, & cum benedixisset, verum panem fregit, verum panem jussit accipere & comedere, & de eo vero pane dixit Matth. 26. v. 26. Hoc est corpus meum: Similiter in prædicato seu altera enunciationis parte necesse est intelligi verum corpus Christi, non phantasma aut imaginarium aliquod corpus, non figuratum & tropicum corpus, non factum ex substantia panis; quia panis in C. D. est corpus Christi naturale & illud ipsum corpus, quod in mortem traditum est pro nobis & crucifixum; non invisibile corpus, sed visibile corpus, quia non invisibile aliquod sed visibile corpus Christi est pro nobis in mortem traditum & crucifixum.

Poculum est sanguis Christi verus quidem & naturalis, humanus, quod vel qualis erat effundendus paulò post pro discipulis verè & in loco: non falsus aut fictus, non præternaturalis, phantasticus aut ubiquisticus &c. qualis non erat effundendus. &c. Perindè ut circumcisio in præputio isto quidem modò, eavè ratione & sensu erat verum fœdus, non falsum aut fictum, quale nequaquam intendebat Iehovah, sed quod verè erat pactum &c. quod intendebat Iehovah, & ad quod respicere volebat idem Hhebræos.

Gen. 40. v. 12.

v. 18.

Tres Rami Tres Dies ipsi (sunt.) Tria canistra Tres Dies ipsa (sunt)
RAMI sunt DIES ——— CANISTRA sunt DIES.

CHRISTVS ωαρωδ.

Hoc (Panis) est meum corpus ——— Hoc Poculum est meus sanguis.
PANIS est CORPUS — Contentum Poculi, vinum, est sanguis.
Est Analogia subjecti invicem ad prædicatum & contrà,
propter similitudinem alternam.

Heic attendimus tantum Figurata & Tropica Locutionem, non v. Figurar. identitatè. Sint utrobiquè; Figuræ diversæ. pateat saltem, Christum, ωαρωδωσ æque Figurata & Tropica locutione usum, juxta communem Hhebræi sermonis & Moyses suæ V. T. consuetudinem, quam heic & passim alibi imitatum eum esse supra præmonuimus. Scorsim v. consideretur utrobiquè; qualis Figura sit, sicut monet Ph. Mel. in Dialect. illeic quidem metapho-

Vti. n. Rami seu Palmite vitis tandem vigore suo ferunt novum fructum sive botros uvis suis nutriendos & reficientes homines sitientes & pene deficientes: ita dies tandem progressu suo proferunt novam gloriam, quæ pistorem jam ponè desperantem aut deficientem, erigat: priores quidem quasi in ramis detentam & adhuc nascentem habent, Tertius v. indè recens pullulantem protrudit. Et rursus ut canistra (ciborum aliàs portandorum instrumenta) priora vacua nec nutriunt quemquam, nec pistori muneri gerendo vel materiam vel subministrationem operæ præbent; Tertium v. in Alto constitutum avibus cibos exponit: ita priores dies pistorem & egere faciunt ac consiliis à Rege habitis & officiò & vitâ paulatim privant; Tertius v. ipsum pistorem pistoriò nomine & officiò malè functum, ijs negatis, in Altum patibulum erectum Aëris volatilibus discerpendum ostendit. Hæc in somnij interpretatione prædicationum proportio.

Sed

Sed & ἀναλογία παρωδίας est.

Quæ n. est proportio similitudinis ramorum ad dies temporis vegetando, paulatim protrudendo, exhibendo: Eadem est proportio similitudinis Panis ad corpus, poculi (contenti vini, scil.) ad Sangvinem-nutriendo, reficiendo, illic alimento corporeo corpus, heic fidei remissionis peccatorum & illius pro vobis applicatione, animam sive hominem ipsum credentem maximè principali sui parte h. e. spiritualiter, regenerateq; existentem, esurientem tamen & firientem h. e. peccatorum pugna laborantem, in quorum remissionem corpus traditum, quod Panis, sanguis effusus, quem poculi contentum representat. Idem dici potest de Canistris ad dies Temporis, & de Pane ad Corpus, poculo ad Sangvinem relatis, sed irà, ut ad incredulos & indignos scopus collationis pertineat. Et iterum. Eadem est ratio Ramorum ad panem & poculum, quæ est dierum ad Corpus & Sangvinem Christi. Quod n. sunt Rami respectu Fructus &c. id sunt panis & contentum poculi respectu Alimenti &c. & quod sunt dies respectu eventus vel boni vel mali, id sunt corpus & Sanguis Christi respectu refectiois & sustentationis animæ aut Spiritu comedentis hominis vel in remissionem peccatorum & vitam Spiritualem æternam credulorum: vel in iudicium indignorum, incredulorum, non discernentium, ut Paulus habet.

ra, heic Metonymia: quamvis illic etiam vicinum subjectum per cōcretum vicinum metonymicòs dicatur. Nam & Palmites cum Tēpore ferunt uvas & in somnio sunt signum respectu indigitativo dierum signatorum Paulò post vel simul ferè existentium. Similiter & canistra. Sicut Panis domino signabat quidem corpus &c. eò quidem ἀναλογίας sive proportionis ac similitudinis modò quo ap. Ioh. c. 6. v. 35. 45. 50. 53. dix. Ego sum panis-carò mea verè

est cibus et panis est caro mea &c. Ubi & Ratio ἀναλογίας aliquoties. v. 27. Operāni cibū non pereuntem, sed cibum permanentem in v. æ. quē Filius hominis vobis dabit. v. 33. Pater meus dat vob. Panem de c. verum. Panis. n. Dei est, qui descendit è c. & vitam dat. mundo. v. 35. Qui venit ad me non esuriet. Qui credit in me, non is sitiet unquam. v. 49. ut quis ex eo edat, & non (ne) moriatur. v. 50. si quis ederit de hoc pane, vivet in æternum seculum. v. 51. Caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita v. 53. Nisi comederitis carnem Filij hominis, & biberitis eius sangvinem, non habetis vitam in vobis ipsis. v. 54. Edens meam carnem, & bibens meum sangvinem habet. Vitam æ. & ego suscitabo illum in ultimo die. v. 56. Edens meam carnem, & bibens meum sangvinem, in me manet, & ego in eo sicut misit me vivens Patet, & ego vivo propt. patrem: edens me (NB) & ille vivet propter me v. 58. Edens hunc Panem (de c. datum) vivet in ætern. se.

Simili ferè ratione cum Gen. 41. v. 26. 27.

*Vacca elegantes sunt anni boni fertiles-Vacca Macilentæ sunt anni famis.
Concurrit CHRISTI locutio.*

Panis est corpus meum. Poculum est sanguis meus.

Qualis. n. Analogia est vaccarum ad annos ratione fertilitatis eiusdem vel similis in utroq; Vaccarum item elegantium per similitudinem alternam ubertatis ad annos fertiles &c. Talis est analogia panis ad corpus Christi, & poculi ad sangvinem Christi ratione virtutis alendi, nutriendi, servandi in vita eiusdem vel paris in utroq; per collationem adinvicem in similitudine alimonix & nutritionis, de qua paulò antè ex dissertatione ipsius Christi, quæ est Ioh. c. 6. haud fortè mediocri industriâ monuimus.

Ità circà ea quidem signatio sive significatio in subjecto propositionum

sitionem dominatur: sed tamen utrobiq; in collatis ad invicem nec ociosa nec inanis. Vti. n. ad significationem apparentium palmatum, apparentium item vaccarum re ipsa & verè continuò consecutæ sunt res significatione indigitatæ q. dies restitutionis in gloriam; & anni fertiles &c. ità quoq; cum pane, cum calice, signantibus, continuò res ipsa signata verè consequitur, animæ opus & finem Corporis & sanguinis Christi remissionem peccatorum (dicitur, n. ibi datum, effusum in rem. peccator.) fide (quæ promissioni) verè sibi applicanti, videlicet. cibationem gratiæ ad remissa peccata & conservationem in vita, ad v. x. sicut dicitur Iohan. 6. Caro mea verè est cibus, verè, inquit Salvator, & Caro mea, quam dabo pro mundi vita. Et nisi biberitis sanguinem filij hominis, non habetis vitam. Edens meam carnem, bibens meum sanguinem habet vitam æternam.

Gen: 50.

v. 10. Et venerunt usq; ad aream Atad (cardui spinosi) quæ in laterali transitu ad (transpropè) ipsum Jordanem, & planxerunt ibi planctum magnum & valdè gravem, & fecit (Ioseph) Patri suo plangendo luctum septem diebus.

v. 11. Et vidit in habitator Terra illius, ipse Cananeus (populus humilis h. e. vulgus, plebs habens ibi negotiationem, degens & versans ibi) hunc luctum in area Atad. (cardui spinosi)

Et dixerunt, Luctus Gravis est Ægypto (Ægyptijs) super illo modo (propterea) vocatum est (veit) Nomen illius scil. loci- Luctus Ægypti, qui est trans-propè Jordanem.

Quæritur;

Qua ratione locus iste sit vocatus luctus Ægypti?

Resp. - Quatenus habiti ibi luctus locus postea in sensum veniens præbere debebat memoriam.

Locus manet ille locus per se, & dicitur luctus Ægypti. Sanè non propriè, ergò figuratè: quin non sit ipse luctus, qui est animi affectus, & inde exiens & existens quidam gestus, sed eius memoriæ subjectum. h. e. memoriale quoddam externum, h. e. signum de tali re ibi quondam acta admonens.

Luc. 22.

v. 15. Desideriò desideravi Hoc pascha comedere vobis cum.

v. 16. Dico vobis, quòd nequam comedero de eo, donec impletur in regno Dei &c.

Et accepit (Iesus) Panem, gratijsq; à se actis fregit, & dedit Discipulis suis.

— Et Dixit,

Hoc est Corpus Meum
similiter

Hoc est aqua me, sanguis meus
Hoc est poculum, Novum Testamentum.

Quæritur;

Qua ratione Panis sit Corpus?

Quærat. Poculum sit Sanguis?

Resp. - Qua Panis comestio, poculi distributio, Corporis & Sanguinis dati, fracti, effusiq; præbere debebat memoriam. Sic enim Christus: Hoc facite

in
MEI RE-COMMEMORATIONEM.

Analo-

Analogia. n. utriusq; adinvicem constat

vel est κατὰ τὴν ἀνάμνησιν.

PRIMUM (VETUS) TESTAMENTUM
MOSCHIS

Exod. 12.

v. 3. In decimo Novilunij (Mensis) huius accipiant singuli Agnum, (unicuiq;) domui Patrum familias Agnum domui.

v. 5. Agnus integer masculus, Filius Anni (natus annum) sit ipsis. v. 21. Protrahite & accipite vobis oves familijs vestris.

v. 6. Et mactent illum omnis congregatio Ecclesie inter vespas. v. 21. & mactate

(חֲפֵסֶתְכֶם) happesacch, Transitum.

v. 7. Et accipiant de Sanguine & dent super ambos postes, et super superliminare adium, in quibus comedunt. (idem hab. ad Hebr. 9. v. 19. & 11. v. 28.)

v. 22. Et accipiatis manipulum Hyssopi & intingatis in Sanguine, qui est in pelvi, & tangatis superliminare & amb. postes de sanguine, qui est in pelvi.

NOVVM TESTAMENTUM
I E S U

Matth. 26
v. 28.
Heb. 9 v.
15.

Matth. 26. v. 2. Dixit (Iesus) Discipulis suis

v. 2. Scitis, quod post duos dies Pascha (Transitio, Transitionis festum) erit. v. 17. Prima verò (die) Azymorum (Marc. 14. v. 12. quando pascha sacrificabant Luc. 22. v. 1. Festum Azymorum, dictum pascha. v. 7. Venit dies Azymorum, in qua oportebat sacrificare pascha) venerunt discipuli Iesu dicentes ei, ubi vis, paremus tibi comedere pascha (Transitum) v. 18. dixit v. Iesus &c. dicite ei, Magister dicit &c. apud te faciam pascha cum discipulis meis (Marc. 14. v. 14. ubi pascha cum discipulis meis comedam. Luc. 22 v. 8. 11. 13. Parate nobis pascha ut comedamus v. 19. & discipuli fecerunt ut coordinarat Iesus & pararunt pascha (Transitum)

v. 20. Vespera facta adcumbebat cum discipulis suis. Marc. 14. v. 14. 17. Luc. 22. v. 11. 13. 14. quando erat hora, adcumbebat, & XII. Apostolicum ipso, & dixit ad eos. v. 15. Desiderio desideravi hoc ipsum pascha comedere vobiscum prius, quam patiar. 1. Cor. 11. v. 23. quando dominus Iesus in nocte tradebatur.

v. 28. Hic est sanguis meus, ille Marc. 14 v. 24. (Sanguis) novi Testamenti, ille pro multis effusus in remis. peccatorum, Hebr. 9. v. 12. Neq; per sanguinem hircorum & vitulorum, sed per proprium Sanguinem ingressus est semel in sancta, aeternam redemptionem inveniens. v. 13. Si. n. sanguis taurorum & hircorum &c. inquinatos sanctificat ad carnis puritatem: quanto magis sanguis Christi qui per spiritum aeternum semetipsum obtulit immaculatum DEO, emundat conscientiam nostram ab operibus

D

bns

bus mortuis ad serviendum Deo viventi. Et ideo novi Testamenti Mediator est &c. vid. ibid. pl. Luc. 22. v. 20. Hoc est poculum, ipsum novum Testamentum in meo sanguine 1. Cor. 10. v. 25. Hoc poculum novum Testamentum est in meo sanguine. & comedentibus ipsis, accipiens Iesus panem, & benedicens fregit, & dabat discipulis, & dixit, accipite comedite!

v. 20-26. Marc.
14. v. 22. 23.
Luc. 22. v. 19.

פֶּסַח הַיְהוָה לִי

Pescha (transitus) ipse (Agnus) est Jehovah. vel Agnus iste est transfultus Jehovah

Sicut dicitur v. 21. & mactate Pesacch ipsum

v. 12. nam transibo per terram Aegypti nocte ista, & percutiam omnem masculum &c. v. 23. nam pertransijt Jehovah ad affligendum Aegyptum. v. 13. & erit ipse sanguis vobis in signum super domos, quas vos ibi habitatis &c. v. 23. & videns sanguinem super postes &c. et preteribit (transiliet) Jehovah januam, & non dabit perditionem veniendo ad domos vestras ad affligendum.

v. 14. Et erit dies iste vobis in memoriam, & feriemini ipsum festum Jehovah in generationes vestras ut Statutum seculi continui feriemini ipsum. v. 24. & custodiat rem (verbum & modum rei) istam in Statutum (constitutionem) tibi & filiis tuis in seculum continuum. v. 27. & dicetis (fil. vestris) mactatio pesacch (transitus, transfultus) haec est Jehovah, qui (pascha) transilijt domos filiorum Israel in Aegypto, quin affligeret Aegyptos, & domos nostras eriperet.

Ex hac collatione, quæ verè est protypicum Ectypo suo, manifestissimè apparet Iesum cum discipulis pascha veteris Testamenti celebrantem subjunctim institutione COENAE NOVAE planè imitatum fuisse COENAM istam PASCHAE VETERIS; ac in locum agni illius substituisse SEIPSUM PASCHA NOSTRUM AGNUM DEI. 1. Cor. 5. v. 7 (Ioh. 1. v. 29.) ἀμώμων, irreprehensibilem & immaculatum (Ioh. 8. v. 46. Hebr. 9. v. 14.) ἵνα ἀίρωμεν τὴν ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου (Ioh. 1. v. 29.) tollentem peccatum

v. 8. Et comedetis carnem nocte illa &c. v. 11. & sic edatis ipsum (Agnum) &c.

τὸ ἐσθίειν τὸ σῶμά μου

Hoc est corpus meum

v. 27. & accipiens calicem, & benè gratias peragens dedit eis dicens, bibite ex eo omnes. Marc. 14. v. 24. & biberunt ex eo omnes

τὸ ἐσθίειν τὸ αἷμά μου.

Hic est sanguis meus.

Illud (corpus) pro vobis datum, Luc. 22. v. 19. & 1. Cor. 11. v. 24. pro vobis fractum.

Ille (sanguis) effusus pro multis (Luc. pro vobis) in remiss. peccatorum. Hebr. 9. v. 12. Christus per proprium sanguinem ingressus est sancta, perpetuam redemptionem inveniens.

Luc. 22. v. 19. Hoc facite eis ἵνα ἀνάμνησιν commemoratiōnem.

Quoties. n. sanè comedetis 1. Cor. panem hunc, & poculum 11. v. hoc bibetis, ipsam mortem 24. domini annunciabitis, usq. quò sanè veniat.

peccatum mundi. Qui seipsum oblaturus erat. Hebr. 9. v. 25. patiendo. v. 26. Et corpus quidem suum per *PANEM* acceptum loco illius *PANIS* Azymorum, & *SANGVINEM PROPRIUM* in locum *SANGVINIS* foederis seu Testamenti, Exod. 24. v. 8. H. Hebr. 9. v. 12. 20. pro ut ferè in *SANGVINE* omnia purificabantur sec. Legem, & sine sanguinis effusione non fiebat remissio. ibid. v. 22. sicut Iehovah ipse monebat Levit. 17. v. 11. dicendo anima carnis est ipsa in *SANGVINE*, & ego dedi eum vobis super sacrificatorium (altare) ad expiandum pro remissione super animas vestras, quoniã sanguis ipse pro anima expiabit (in remissionem, propitiatio erit.) Proinde qua ratione in C. V. *AGNUS* est vel dicitur *PESACCH* (transitus, transultus) & agnum mactantes dicuntur mactare *PESACCH*. 2. Chron. 35. v. 1. 6. 17. Agnum coquentes dicuntur coquere (coctione præparare) *PESACCH*. ibid. v. 13. Agnum comedentes dicuntur comedere *PESACCH*. Matth. 26. v. 17. Luc. 22. v. 8. Eadem ratione *PANIS* in C. N. est vel dicitur *CORPUS* Iesu, & poculum (contentum poculi) est vel dicitur *SANGVINE* Iesu; & accipientes, comedentes panem dicuntur comedere corpus Iesu, bibentes poculum dicuntur bibere sanguinem Christi: *AGNUS* autem dicitur *PESACCH* (transitus) non quod sit verè simpliciter & propriè ipse transitus, ipse transultus aut præteritio ipsa, sed dicitur *PESACCH* tum respectu effecti & fructus illius præteritionis, per Metonymiam scil. posito signo causæ (Christi, agni mactandi. Ioh. 1. v. 29.) pro effecto signato; quod nimirum tali præteritione Iehovah præteriens Israëlitarum domos pepercit ipsis, nec, sicuti Aegyptios afflixit, ut docet v. 12. 13. 27. tum respectu *Αναμνήσεως*, rememorationis, qua præteritio illa Iehovah in salutem Hebræorum siuè Israëlitarum facta annuatim mactatione & esu istius agni cum gratulatione & gratiarum actione erat rememoranda siuè gratiã memoriã concelebranda, ut testatur v. 14. 24. 27. Similiter ergo panis dicitur corpus Iesu, poculum dicitur sanguis Iesu, non, quod simpliciter propriè & verè panis sit corpus, poculum sanguis, sed tum respectu effecti & fructus Corporis Iesu dati ac fracti, & sanguinis Iesu effusi, ut docet scriptura Evangelica - pro vobis, pro multis &c. datum, fractum, effusus; siuè ut Paulus 1. Cor. 10. v. 16. habet, quatenus poculum benedictionis est *κοινωνία* sanguinis Christi, & panis, quem frangimus est communicatio corporis Christi h. e. mortis & obedientiæ Christi usq; ad mortem. 1. Cor. 11. v. 26. tum respectu *Αναμνήσεως* seu re-commemorationis, quã fractio corporis Iesu & effusio sanguinis perpetuò cum gratiarum actione fructus illius applicatione erat Re-commemoranda: posito vocabulo rei ipsius corporis & sanguinis Christi pro rei signo per metonymiam (& simili pro simili per Metaphoram, qua panis comparatur cum corpore Christi, poculum (per Synecdoch. h. e. contentum poculi) cum sanguine Christi: tum positò similiter signo causæ, ut in veteri cœna, mortis Christi, corporis fractioni dantis, sanguinem effudentis. 1. Cor. 11. v. 26. pro effecto per subjectum & subjecti affectionem, scil. fractionem, effusionem h. e. mortem signato &c. itidem per Metonymiam.

Exod.

Exod. 28. v. 29.

Et portet Aharon nomina filiorum Israel in pectorali rationalitatis judi-
cij super corde suo in ingrediendo ad sanctitatem, ad memorationem coram
Iehovah semper. v. 30. et pones ad pectorale rationalitatis judicij (officij)
ipsum Urim & ipsum Tymnim, & sint super corde Aharon &c. et portet
Aharon iudicium (officium filiorum Israel super corde suo coram (ad faciem)
Iehovah semper.

Nomina Filiorum Israel,
Pectorale rationalitatis Judicij
cum urim & Tymnim } est Iudicium (officium) fi-
liorum Israel
H. e.

De-signat officium Filior. Israel in memoriam
ad faciem coram Iehovah.

Sic CHRISTVS,

PANIS est CORPUS meum
Poculum hoc est SANGVIS meus

De-signat, refert, & memorialiter representat CORPUS meum,
SANGVINEM meum.

IBID. v. 36.

Facias laminam tenuem Auri puri, & aperias super illam
apertionis sigilli Sanctitatis Iehovah; & ponas super filum lute-
um &c. v. 38. et sit super frontem Aharonis: & portet Aharon ini-
quitatem sanctitatum, quas sanctificant Filij Israel per omnia mu-
nera sanctitatum ipsorum; & erit super frontem eius semper ad be-
neplacitum reddendum coram facie Iehovah.

LAMINA SANCTITATIS Iehovah est iniquitas sanctitatum
H. e. (Israëliitarum)

Lamina Sanctitatis est signum memorativum, admonens
solum Iehovahm esse verè sanctum, & ab ipso Solo veram sancti-
tatem esse petendam utq; Israëlitæ sint sancti, sicuti Iehovah san-
ctus, iniquitatem omnem averfando in Dei Iehovah cultu & om-
nibus operibus suis; ita tamen ut agnoscant sanctitatum sive sancta-
rum oblationum & operum suorum imperfectionem ac impurita-
tem, qua fit ut veniã apud Iehovahm solum verè bonum & sanctum
indigeant, nec placeant verè Deo nisi interveniente gratiã media-
toris, qui se sanctificat propter eos, qui sunt sui, quos elegit, ut
sint & ipsi sancti in veritate. Ioh. 17. v. 6. 9. 19. 24.

2. Tim. 2. v. 19.

Sic PANIS et poculum sunt Signa
memorativa corp. & Sangv. Christi &c.
 Applicatio ead. fere cum sequenti.

Num. 27. v. 19. 20.

Constituë ipsum (Jehoschuah coram facie Elehazaris sacerdotis, & te-
sius congregationis; & mandata des ipsi coram oculis eorum. Et des (po-
nas)

mas) dignitatem (reverentiam Majestatis, al. de dignitate, de gloria) meam (regiminis, officij) super eum, ut obediant omnis congregatio (Ecclesi. filiorum Jisraëlis. Manus. v. 19. (jux. Luth. schol.) dicitur dignitas, reverentia officij. H. e.

Manus imposita designat, est signum Memoriale DIGNITATIS regiminis seu officij (revocans ad mentem & rememorationem) cuius cum externo splendore & gravi actione spirituale imprimis decus notatur, quo Deus REVERENTIAM servis suis conciliat, ut tam retrò cogitando & quasi ob oculos semper manum Moschis impositam sibi ponendo quàm in presentia cogitent & sciant Jisraëlitæ Jehovah divinitus esse commissum imperium, ipsiq; tamquàm divinitus oblato, esse obediendum. Quasi diceret Jehovah-ponens manum tuam super Jehovahm, dic Filijs Jisrael-videte (oculis vestris. v. 19.) Hæc est dignitas mea, quam Jehovah nunc per me solemniter huic Jehosuah committit, hæc est REVERENTIA & Majestas, quam Jehovah huic nunc concedit, ut continuo sciatis æquè huius jam, atq; olim meo, imperio &c. cum reverentia esse parendum &c.

Joh. Calv. comm. in h. loc.

Sic CHRISTVS παρωδ.

De { PANE } dicit { Hoc CORPUS meum }
 { Poculo } { Hic SANGVIS meus }

H. e.

PANIS { est signum memoriale } { CORPORIS }
 Poculum { } { SANGVINIS }

(Ad mentem & memoriam Revocans Fractionem)

CORPORIS, & effusionem SANGVINIS mei:

Ut cum industria cogitetis & sciatis memores mortem his meam esse factam, quò habeatis remissionem peccatorum apud Deum - sicut dicitur Corpus datum, fractum in remissionem peccatorum: SANGVIS effusus in remis. pecc. - Et hoc facite in mei commemorationem; sicq; horum (corp. & sangv.) usum & fructum gratiam & redemptionem, quam Christus moriens & per proprium Sanguinem in sancta ingrediens invenit. Hhebr. 9. v. 12. reverenter vobis applicetis.

1. Sam. 4. v. 6. 7. 8.

v. 6. Et cognoverunt (Philistæi) quòd Arca Jehovah venit ad castra. v. 7. Et timuerunt Philistæi, quòd dicerent venit Elohim ad castra &c. v. 8. Quis eripiet nos è manu Dei (Elohim) inclyti (אֱלֹהִים) (istius) (אֱלֹהִים) iste ipse est Deus (isti ipsi sunt Elohim) percutiens (percutientes) Ægyptum.

2. Chron. 5. v. 13. 14.

Et domus ipsa plena erat nabe domus Jehovah. Et non poterant sacerdotes stare ad ministrandum à facie (præ presentia) ipsius nubis, quoniam implebat gloria Jehovah domū ipsius Dei (Elohim)

2. Chron. 7. v. 1. 2.

Et ignis descendit è cœlis & comedit holocaustum & sacrificia mactationum; Et gloria Jehovah implevit domum: Et non poterunt

E

tuerunt

tuerunt sacerdotes venire ad domum Iehovæh (ingredi in domum) quon, implevit gloria Iehovæh domum Iehovæh.

Arca Iehovæh est Elohim veniens, percutiens A Egypt.

Nubes
Ignis descendens } est gloria Iehovæh implens domum.

H. e.

Arca, Nubes, Ignis est nota & signum Iehovæh Dei, spiritus sui motu & illustri auxilio adstantis, subvenientis populo suo, & gloriose præsentis ac cohabitantis sacris officijs & cultui, quem ipse in lege & verbo suo requirit.

CHRISTVS $\omega\alpha\gamma\omega\delta$.

De } PANE }
 } Poculo } Accepto, Dato.

Hoc } est } Corpus meum, quod pro vobis Traditur.
Hic } } Sanguis meus qui pro vobis effunditur.

H. e.

Panis est nota et signum Corporis traditi in mortem; poculum est nota & signum Sanguinis Christi effusi in mortem, fidei (fidei) memoriâ assumentibus sec. spiritum. Ioh. 6. & spirituales $\kappa\omicron\iota\nu\omega\nu\acute{\iota}\alpha\nu$. 1. Cor. 10. secundum promissionem, quæ fide tantum acceptatur; sicq; spiritualiter; certitudinemq; verbi fidei (quod non nisi spiritualiter est potens & efficax, utp. quod est virtus Dei ad salutem, Christi Rom. 1. v. 16.) in corde præsentis. Rom. 10. v. 6. 8. tamquam præsentem dati & fidei respectu accipiendi.

2. Sam. 23. v. 15.

Et vehementer concupivit David, & dixit, quis faciet me bibere aquas ex fonte Beth-lecchem, qui est in porta? v. 16. Et dissecuerunt (irruerunt) tres fortes viri (Heroës) in castra Philistæorum, & hauserunt aquas ex fonte Beth-lecchem, qui est in porta, & apportarunt & attulerunt ad Davidem. v. 17. Et non voluit bibere eas, sed fudit eas Iehovæh; & dixit, absit mihi Iehovæh à facere me hoc (absit à me per Iehovæh, ut faciam hoc) nonne SANGVIS (est) virorum progredientium in animabus suis? $\text{Ihs nicht das blut der Mennner/die ihr leben gewaget haben}$: Et noluit bibere eas &c.

Aqua fontis Bethlecchem in porta est Sanguis viror. adf. aq. convertitur quasi causa efficiens cum effectu suo per Metonymiam. Sanguis. n. virorum istorum causa quæ est efficiens allata aqua ex fonte Bethlecchemico: Aqua allata effectus est, quæ quum adferretur ad Davidem Regem, fuit signum Sanguinis virorum illorum hostibus liberè oblatis, at fortiter salvatis; $\tau\epsilon\chi\mu\eta\epsilon\iota\omega\nu$ scilic. testificans SANGVINEM ipsorum verè inter hostes discrimen et periculum destructionis suæ cum eventu salutis tamen suæ, & evidenti in hoc signo & sensuali Testimonio desiderij Regij successu, expertum fuisse.

1. Cor. 10. v. 16.

Sic Christus, juxta D. Paul. interpret. $\omega\alpha\gamma\omega\delta$.

Panis, quem frangimus, nonne est (Corpus Christi) $\kappa\omicron\iota\nu\omega\nu\acute{\iota}\alpha$ (communica-

unica-

municatio) CORPORIS Christi? Calix benedictionis nonne (SANGVIS Christi) communicatio SANGVINIS Christi est?

Convertitur causa efficiens cum effectu suo. Corpus .n. & SANGVIS tradita. h. e. mors Christi est causa; PANIS & poculum sive calix est effectus mortis Christi: Hec namq. CORPORE tradito & SANGVINE effuso efficit, ut essemus multi unus Panis & unum Corpus (Christi, unius capitis nostri (ecclesie) electorum fidelium) qui nos sibi insertos habet ceu vitis palmites. Joh. 15. v. 5.) uti subjungit, ibidem notanter & accurate Apostolus. Id quod externo quidem physicoq. PANE (& poculo) voluit Christus signare & fidei memoria mandare, ideo instituens, ut nos multi de uno PANE & de uno Calice participemus, μετέχωμεν, dicens, edite, bibite (discipuli mei) omnes: Hoc facite in mei Re. commemorationem. Adeoq. PANIS physicus externum signum est CORPORIS Christi mystici. Coloss. 1. v. 26. et cap. 2. v. 2. Eph. 5. v. 32. Quod est ecclesia. Coloss. 1. v. 18. 24. quam Deus acquisivit proprio sanguine, obtinens caput ex quo corpus per nexus & conjunctiones subministratum crescit (in) augmentum Dei, ibid. cap. 2. v. 19. Christum videlicet, qui est Salvator CORPORIS, Ephes. 5. v. 23. (tradendo pro eo Corpus suum & effundendo Sanguinem suum jux. histor. Evangel. Diligens ecclesiam, & seipsum tradens pro ea &c. ibid. v. 25. Animam suam ponens pro amicis suis, qua dilectione nemo majorem habet. Joh. 15. v. 13. Velut carnem suam nutriens & fovens eam, quia membra sumus Corporis ipsius, ex carne ipsius & ex ossibus ipsius. Ephes. 5. v. 29. 30. Sacramentum (Mysterium) hoc magnum est, concludit D. Paulus; ego autem, inquit, dico εις χριστον και εις την εκκλησιαν, in (circa) Christum & ecclesiam. Ita PANIS & poculum in cena domini sunt Testimonium in sensus incurvens, testificans arctissimam conjunctionem Christi & electorum, dilectorumq. suorum, in ipso manentium. Iohan. 15. v. 5. 6. 9. 12. 16. Dum per κοινωνίαν istam Corporis & SANGVINIS ipsius multi unus sumus Panis (Metaph.) unum ipsius Corpus: & sunt signa non nuda & vacua, sed circa sacram & salutarem memoriam (quum dicat: Hoc facite εις εμω ἀνάμνησιν) accipientibus & utentibus promissione & fide mediantibus beneficiorum Christi filij Dei, Redemptoris, applicativa.

Iecchezkel, cap. 5.

Iehovah ait (cap. 4. v. penult.)

v. 1. Tu fili hominis! sume gladium acutum novaculam Tonso- rum sumas eum tibi, & transeas super caput tuū & super barbam tuam & sumas tibi bilances libræ, & accurate partire ea. v. 2. Tertiam partem in foco accendas in medio urbis, cum impleti fuerint dies angustantis obsidionis: & sumas tertiam partem, percutias gladio circumcirca eam; et tertiam partem dispergas in ventum, & gladium evaginabo eos (ea) post

Matth. 26.

JESVS dixit v. 28.

v. 26. Comedentibus ipsis sumsit (Iesus) PANEM, & benedicens precatus fregit & dedit discipulis &c.

v. 27. Et sumens poculum & gratijs ab ipso actis dedit illis.

v. s. Sic

Et dixit (Jesus)

v. 5. Sic dixit Dominus Jehovah Elohim.

Hoc est Corpus meum :
Hoc est αίμά μου, SANGVIS meus:
Corpus quod pro vobis traditur, am : &c.
frangitur.

Hæc(est) Ieruschalaim, in me-
dio ipsarum gentium posui e-

Luc. 22.
1. Cor. II. v. 2.

SANGVIS novi Testam. Quod pro
multis effusus in R. P.

Exeges.
De Tonsura. capitis barbæ tri-
fariani & tripartitè agitata dicit
Iehovah, quod sit Ieruschalaim,

Exeges. ἀναλογ.

De PANIS, dicit Iesus, quod sit
corpus S. De poculi vino v. 27. 28
29. dicit Iesus, quod sit SANGVIS
suus, & vicissim quod corpus sit
PANIS, SANGVIS sit genimen vi-
tis sive vinum, non simpliciter &
propriè, sed respectivè, videlicet
Respectu & ratione signationis
& donationis in harmonia, con-
gruentia & similitudine futuræ
actionis circa traditionem &
effusionem, fractionem &
distributionem v. 27. mandu-
cationem & bibitionem utrius-
vis objecti & subjecti, PANIS
& vini nempè, ac itidem Corpo-
ris & SANGVINIS consistente. Eo
quidem fine ut hacce imagine &
forma pro excitanda & concili-
anda applicatione & conso-
latione eadem offerantur, pro-
ponantur, repræsententur.

Exeges.
De Tonsura. capitis barbæ tri-
fariani & tripartitè agitata dicit
Iehovah, quod sit Ieruschalaim,
& vicissim, quod Ieruschalaim sit
ista sive istud ipsum quod tum
Tonsura &c. non simpliciter &
propriè, sed respectivè, videlicet
signationis seu de-notationis ra-
tione in harmonia vel congruen-
tia & similitudine futuræ actionis
circa consumptionem, perditionem
& dispersionem utriusq; objecti,
Tonsuræ nempè capitis & barbæ,
ac itidem urbis Ieruschalaim con-
sistente. Eo quidem fine, ut hac-
ce Imagine & q. imitatione pro
excitanda & concilianda pœni-
tentia & emendatione eadem
offeratur, præscribatur, repræ-
sentetur.

MEMORIÆ & CONSIDERATIONI

Discipulorum & fidelium sive
credentium, peccata deploranti-
um &c.

MEMORIÆ & CONSIDERATIONI
Prophetæ, perq; hunc ipsi populo
Israëlitico peccata cumulanti &c.

Sic n.

Iesus seipsum & Apostolus
explicat.

Matth: Edite

26. Bibite ex hoc. Luc. 22-v. 17

Marc. 14. et distribuatis
dispartiamini illud
(poculum) vobis ipsis

Luc. 22. v. 19. Hoc facite in mei reme-
morationem.

1. Cor. II. v. 24.

1. Cor. II. v. 25. Hoc facite, quotiescunq;
sanè biberitis, in meam rememorationem
v. 26. Quotiescunq; n. comederitis huc
Panem, & poculum hoc biberitis, mor-
tem (traditionem & effusionem) domi-
ni annunciabitis, donec veniat.

Sic n.
Iehovah seipsum explicat &
interpretatur.

v. 12. Tertia pars tui peste mo-
rientur, & fame consumti con-
summabuntur in medio tui, &
tertia pars gladio cadent circum-
quaq; circa te & tertiam partem
in omnem ventum dispergam: &
gladium evaginabo post eos. v. 13.
Et cognoscent, quoniã. Ego Ieho-
vah. cap. 6. v. 7. Et cognoscetis,
quon. Ego Iehovah.

v. 9. Et memoriam habebunt
evasores vestri mei &c. Et per-
tæsi erunt in oculis suis ad maliti-
as (ægre ferent malitias) quas fece-
runt. v. 10. Et cognoscent, quod e-
go Iehovah. Non gratis (frustrâ)
dixit ad faciendum (ut facerem)
ipsis malum hoc.

Zach. 4

v. 2. Et (Angelus) dixit ad me, quid tu vides: & dixi, vidiet ecce candelabrum ex auro totum confectum, & phiala (vas rotundum) super caput eius, & septem lucernae super, eam, & septem infundibula lucernis (ad lucernat singulas) quae (erant) super caput eius.

v. 3. duae Oleae super (propè) eam, una à dextera phiala & una ad sinistram eius. v. 6. Et dixit (Angelus) ad me dicendo, hoc (est) verbum Jehovah ad Zerybbabel dicendo, non fortitudine exercituum, neq; robore, sed spiritu meo, dixit Jehovah Zebaoth.

v. 10. Et letabuntur, & videbunt lapidem perpendiculari stanneum in manu Zerybbabel, septem ista, oculi Jehovah ipsa (sunt) lustrantes (explorantes) in omni terra.

v. 11. Et respondi & dixi ad eum, Quid (sunt) duae Oleae istae ad dexteram candelabri & ad sinistram. v. 12. Quid (sunt) duo Ramusculi

Olearum spicis similes, qui (sunt) in manu amborum vasorum calcatoriorum aureorum effudentium ab ipsis aurum (aureum, sc. candelabrum)

v. 14. Et dixit, hi (sunt) duo filij Olei stantes apud Dominum totius terrae.

v. 2. 6. Candelabrum ex auro confectum est verbum Jehovah. h. e. Candelabrum ex auro confectum est signum, quo mediante denotatur & representatur verbum Jehovah ratione harmonias & analogias sive similitudinis, quae propter sinceritatem, puritatem, certitudinem & constantiam utriusq; ad invicem est maximè illustris & elegans, qua illud quidem inter metalla purissimè splendet & à corruptione per se suaq; naturâ maximè praeservat, ut in integritate constantissimè persistat; Hoc v. effectum certissimum & maximè omnibus conspicuum citrà mutabilitatem omnem (hoc quidem loco, de Zerubbabele) omnipotente spiritu secum inducit ac praestat.

v. 10. Lucernae (sunt) oculi Jehovah.

Lucernae sunt signa representantia oculos Jehovah, qui Lucernis propter similitudinem emisse illuminationis & lucidissimae penetrationis heic comparantur; idq; septenario quidem in numero illo sacro propter summam perspicuitatis in providentia & gubernatione Dei eminentiam.

v. 11. Olea

12. 13. Ramusculi Olearum sunt filij Olea.

H. e. Olea & Ramusculi spicis similes in oleis significant, & significando representant ministros alacris, promptos & fortes tum Angelos tum viros, Dei fideles in opere socios ex Dei providentia operi restitutionis destinatos, domino terrae post captivitatem Babylonicam relaxatam in restauranda Ieruschalaim & cultu sacrificiorum restituendo adstantes, obtemperantesq; victoriam, cuius symbolum est oleum, adversus hosteis opus impedituros praclare obtinentes.

Pari ratione CHRISTVS.

De PANE accepto & dato-Hoc est Corpus meum.

De poculo accepto & dato-Hoc est hama meum, sanguis meus.

H. e. Tum Panis acceptus & datus, tum poculum (vinum, contentum poculi) est signum, quo mediante denotatur & representatur Corpus me-

Joh. 6.1. Cor. 15.

um SANGVIS meus, hoc ipso predicato de illo, servatà metaphora; ratione scilicet harmonias & congruentia seu similitudinis; quæ per naturam cibationis & potationis & inde emissa vegetationis, conservationis & vitæ adversus mortem utriusq; adinvicem est concinnata, quâ illa quidem hominem animale nutriunt & reficiunt naturaliter ad vitam temporalem; hæc verò hominem spiritualem cibant, roborant, & conservant spiritaliter ad vitam æternam, videlicet spiritu Dei per fidem interpositam corpus et Sanguinem morientis Christi sibi applicantem in homine Dei & regenerato agente. Sicuti hæc ipsa harmonia & similitudo ab ipso Christo expeditissimis verbis docetur Johan. 6. v. 51. 55. &c. ubi secundum hanc ipsam se, carnem suam dandam pro vita mundi, Panem & cibum vocat verum; pascentem ad vitam æternam, & Sanguinem suum verum potum.

Zach. 5.

v. 1. Et conversus sum, & levavi oculos meos, & vidi, & ecce charta (erat) folij plicatilis. v. 2. Et dixit ad me, quid tu vides? & dixi, ego video chartam folij plicatilis (volubilem) longam viginti in cubito (cubitum) & latam decem in cubito (cubitum) v. 3. Et dixit ad me, hæc (est) ipsa imprecatio egrediens super facies rotius terræ.

v. 5. Et egressus est Angelus loquens mecum, & dixit ad me, eleva quæso oculos tuos, & vide quid sit egrediens istud. v. 6. Et dixi, quid (est) hoc? & dixit hic (est) modius (trium satorum, mensura aridorum) egrediens: & dixit, hic (est) adspectus in omni terra.

v. 7. Et ecce frustum orbiculare plumbi, & ista erat fœmina una sedens in medio modij (mensuræ) v. 8. Et dixit, hæc (est) impietas: & projecit lapidem plumbi super os (foramen supremum) eius.

Angelus dixit,

{ Charta folij — Hæc }	} est {	IMPRECATIO
De { Modio — Hic }		ADSPECTVS in Terra
{ Fœmina — Hæc }		IMPIETAS.

Non, quòd charta verè & propriè dicatur & sit ipsa Imprecatio, quomodo. n. accidens qualitatis & actionis definitivè prædicabitur de substantia? sed figuratè, videlicet per Metonymiam effecti pro causa. Charta dicitur Imprecatio, quòd ea ipsa ceu exemplar representabat causam Imprecationis, nempe universæ terræ iniquitatem. Sic. n. ipse Angelus interpret addit v. 3. quoniam omnis fuit hinc secundum eam mundus (innocens & impunis) fit, & omnis jurans indè secund. eam mundus (innocens) fit. Dicitur. a. Imprecatio de charta positò termino relationis pro fundamento, ubi sic converti debet oratio assumtò, quod innuit Angelus, fundamentò, -charta est causa Imprecationis, charta est iniquitas, ob quam universa terra imprecationem divinam sentiet & portabit, per synecdochen nimir. in oratione prædicato contento de continente q. d. charta hæc continet & exhibet iniquitatem, ob quam toti terræ à Deo maledicetur.

Sic modius dicitur adspectus, non quòd sit ipse talis adspectus, sed posità

Vid. Ph Mel. Dial. de Relat.

positâ causâ instrumentali pro effectu, & materiâ pro forma, talis formatur prædicatio; itidem non proprie, sed figuratè per Metonymiam. Et significat quidem modius ad spectum terræ, quia imagine externa revocat ad mentem & memoriam injustitiam, quæ exercebatur injustis mensuris venditionum & distributionum.

Sic fœmina dicitur esse Impietas per Metonymiam, prædicatur nimirum signatum de signo. Dicitur. n. hoc ipsum fœmina, quatenus est signum repræsentativum Impietatis secundum congruentiam & similitudinem, qua Impietas & contemptus Dei aut idololatria rectè comparatur fœminæ petulæ & lascivæ extrâ limites tori atq; domus suæ excurrenti, & à mariti præceptis & gubernatione deliscenti: quam petulantiam Deus vindex justitiæ modiò tandem punit & plumbeâ ac ponderosissimâ pœnarum gravitate obstruit & coerct.

Sic CHRISTVS *ωσρωδ.*

De $\left\{ \begin{array}{l} \text{PANE — Hoc} \\ \text{Poculo — Hic} \end{array} \right\}$ est $\left\{ \begin{array}{l} \text{CORPVS meum.} \\ \text{SANGVIS meus.} \end{array} \right.$

Dicitur PANIS esse CORPVS, poculum dicitur esse SANGVIS, non quòd verè illud sit corpus, hoc Sanguis verè Christi, sed per Metonymiam, ità, quòd prædicetur signatum de signo, sitq; per figuram talem PANIS Corpus, poculum SANGVIS, quatenus per congruentiam & similitudinem, illud, Corpus, hoc, Sanguinem Christi tradendum (& utrumq; sec. D. Paulum, ipsam mortem eius subsequituram) utp. signum eius rei, externâ & sensibili re repræsentabat & exhibebat in Christi traditi & morientis Re-com-memorationem istud facientibus. h. e. Externa illa elementa eum in usum à Christo accepta & data accipientibus, comedentibus & bibentibus, ac mediantibus istis signis sensibilibus & corporeis mentem ad signata, Corpus Sanguinem Christi, ipsamq; mortem & eius merita, reducentibus, fidei q; memoratone atq; applicatione illuc revocantibus, ità quidem ut per fidem (cui soli ceu objectum determinatum promissiones obferuntur) unice directum & fixum utentes his externis habeant respectum ad rem internam ac spiritualem Ioh. 6. signatam & designatam interveniente Analogiâ, secundum quam ipse Salvator interpretatus istam orationem fuerat Iohan. 6. per totum ferè textum, in primis v. 51. 54. 55. 58, dicens.

PANIS, quem ego dabo (Matth. 26. 27. &c.) Caro mea est pro vita mundi (pro vobis, pro multis Matth. 20. 26.) Caro enim mea verè est cibus, SANGVIS meus verè est potus. Qui manducat meam carnem & bibit meum Sanguinem, in memanet, & ego in illo.


Amen, Amen, dico vobis, nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis, qui manducat meam carnem & bibit meum SANGVINEM, habet

habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die. Si-
cut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem, & qui
manducat me, & ipse vivet propter me. Hic est PANIS, qui de
coelo descendit, &c. Qui manducat hunc PANEM, vivet in æternum.

Psal. 119. v. 16.

Statutis tuis (Jehovah) delector:

Non obliviscor verborum tuorum!



In

Augustissimum & Felicissimum

SERENISS. & POTENTISSIM.

PRINCIP. ac DNI.

D. FRIDERICI I.

BOIEMIÆ

REGIS:

Com. Palat. Rh. S R. Imp. Archi-Dapif. et

ELECTORIS;

Duc. sup. et inf. Bavaria, Com. Veld. et Spanh. &c.

BRESLÆ.

Elysior. Metropol.

f.

INGRESSVM

Hymnica ευφημίας

PARODIA

ad Od. Horatian. 14. L. III. Carm.

REGIO ritumodò dictus, ò Gens,
Sorte fatalem retulisse Laurum
Ecce FRIDRICVS, Slesias in oras
Faustus adintrat.

Iam SALVS gaudens populi favore
Prodeat justis operata divis
dum PATER caræ PATIÆ Jehovah
Sospite cursu
Cum DVCE incedit, precibusq; sanctis
Civium. Vos ò charites popelli
Vel nece appulsi malè ominatis
Parcite verbis!

Hic dies nobis benè festus, at ras
eximat curas, neq; quis tumultum
nec mori per vim metuat, tenente
Regna RRIDRICO.


I, pete unguentum Puer & coronas,
et cadum Rhoeni memorem salutis,
Subdito quandò potis & vocanti
Fundere testam!

REX hic optate properat quieti
Martium vinclo prohibere bellum;
Si per invisum vie & ansa Monstrum
Fiat, abarceat.

Franget VNITVS rabiem valore,
Lutum & rixæ cupidas protervæ
Leniet mentes calidus calore
Celitus almo.

Rex ò albescens animò, sacratas
ad loquellas unus ab ore IESV
Nos REGE, hoc gaudemus & adprecamur
Numine pronò.

I. G. Z.



ευαγ. κατὰ Ληκ. β. ιδ

Δόξα ἐν ὑψίσοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς ἐκκλησίᾳ,
ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Faint, illegible text in the upper middle section of the page.

Faint, illegible text in the middle section of the page.

Faint, illegible text in the lower middle section of the page.

Faint, illegible text at the bottom of the page.

Hist. Germ. C 22

